



*Quis est
proprium sub
stantie*

¶ Proprium autem substantie est quod secundum sui mutationem sit susceptibilis contrariorum. Dicitur autem hoc esse proprium substantie quia sibi soli per se puenit et si aliqua dicuntur suscipere contraria sicut linea dicitur recta vel curva tamen linea non suscipit illa nisi ratione subiecte. Dicitur etiam instantia de oratione et opinione que eadem manens aliquando est vera aliquando falsa. Ad quam respondet philosophus quod hoc non fit secundum mutationem orationis vel opinionis non enim mutatur oratio vel opinio dum foris sed eo surgente sed mutantur res. Non enim per sui mutationem oratio vel opinio dicitur esse susceptibilis contrariorum sed secundum mutationem rei significate. Soli ergo substantie hoc puenit et si alijs puenit hoc est ratione substantie in qua habent esse ut patet de superficie que est susceptibilis albedinis et nigredinis de colore esse est actu vel aptitudine esse in substantia ut supra dictum est et sic patet de predicamento substantie.

**Capitulum primum de predicamento quantitatatis
et primo de numero qui est quantitas discreta**

Quantitas diuiditur in continuam et discretam. Dicitur autem discreta cuius partes inter se ita se habent quod sunt sepeparate et ad unum commune terminum non copulantur. partes enim huius numeri decem ad nullum commune terminum copulantur. non enim in numero qui est decem inuenitur aliqua particula ad quam copulantur alie particule. cum omnes particule eius sint sepeparate una ab alia. Continua vero quantitas dicitur cuius partes ad unum terminum communes copulantur quia omnes sunt coniuncte et non sunt actu sepeparate sed sunt sepeparabiles.

*Quantitas
num*